

trigesimus quintus

ac laboriosus ante omnes: & in quocūq; genere excellens ac sibi æqualis. Hic primus uidet & expressit
se dignitates insignia heroum: & usurpasse symmetriā: Sed fuit in uniuersitate corporis exilis: capiti-
bus articulisq; grandior. Volumina quoq; cōposuit de symmetria & coloribus. Opa eius sunt: eque-
stre prælium. xii. dii. Theseus: in quo dixit: eundē apud parthasium rosa pastum esse: suū uero carne:
Nobilis eius est tabula ephesi. Vlixes simulata uesania bouem cū equo iungens: & palamedes dux fa-
sce gladium condens. Eodem tempore fuit & Cyclias: cuius tabulā Argonautas. Ill. c. xliiii. Horatius⁹ **Cydias**
orator mercatus est: eiq; ædem fecit in thusculano suo. Euphranoris autē discipulus fuit antidotus:
Huius est clypeo dimicans & luctator: tibicemq; inter pauca laudatus. Ipse diligentior q̄ numerosior:
& in coloribus seuerus. Maxie inclaruit discipulo nicia atheniēsi q̄ diligentissime mulieres pinxit. Lu-
men & umbras custodiuit: atq; ut eminerēt e tabulis picturæ maxie curauit. Opa eius nemea aduecta
ex asia romā a syllano: quā in curia diximus positā. Itē Liber pater in aede cōcordiæ. Hiacynthus: quē
Cæsar Augustus delectatus eo secū deportauit alexandria capta: Et ob id Tiberius Cæsar in templo
eius dicauit hāc tabulā Dianæ. Ephesi uero est Megabyzi sacerdotis ephesiæ Dianæ sepulchrū. Athe-
nis necromātia Homeri. Hanc uendere noluit Attatulo regi talēris. lx. potiusq; patriæ suæ donauit:
abundans opibus. Fecit & grādes picturas: in quibus sunt Calypso & Io: & Andromeda Alexāder quo-
q; in Pompei porticibus præcellēs: & Calypso sedens. Huic quē ascribūtur q̄drupedes. Prosperrimæ
canes expressit. Hic est nicias: de quo dicebat praxiteles interrogatus: quæ maxime opa sua p̄baret in
marmoribus: quibus Nicias: manū admouisset. Tantū circūlitioni eius tribuebat. Nō satis discernit ali-
us eodē nomine. at hunc eundē quidā faciunt olympiade cētesima. xii. Nicia cōparatur: & aliquāto
præferat athenion Maronites Glaucionis corinthii discipulus: & austerior colore: & in austeritate iu-
tundior: ut in ipsa pictura eruditio eluceat. pinxit in tēplo Elusina philarchū: athenis frequentia quā
uocauere polygemneton. Itē achillem uirginis habitu occultatū Vlyxe deprehendēte. Et in una tabu-
la quaq; maxime inclaruit: agosonem cū equo. Quod nisi tuuenta obiisset: nemo ei cōpararet. Est & **Gynæ-**
nomē Heracliti macedoni. Initio naues pinxit. Captoq; rege p̄seo athenas cōmigravit. ubi eodē tem-
pore erat Metrodorus pictor. Idemq; philosophus magnæ in utraq; scientia auctoritatis. Itaq; cū L.
paulus deuicto p̄seo petisset ab atheniensibus ut q̄ p̄batissimū philosophū mitterent sibi ad eruden-
dos liberos: itemq; pictorem ad triumphū excolendū: athenienses Metrodorū elegerunt: p̄fessi eun-
dem in utroq; desiderio præstantissimū: quod edicto quoq; paulus indicauit. Timomachus bizatin⁹
Cæsaris dictatoris ætate Aiace m ei pinxit & Medea ab eo in Veneris genetricis aede posita: octogin-
ta talentis uenundatas. Talentū autem atticū ut ait Varro. xxi. sestertis taxat. Timomachi æque lau-
dant. Orestes. Iphigenia in tauris & Lecythion agilitatis exercitator: cognatio nobiliū: palliati: quos
dicturos pinxit: altere stantem: altere sedentē præcipue tamē ars eis fauisse in Corgone uisa ē. pausia
filius & discipulus Aristolans e seuerissimis pictoribus fuit: cuius sūt Epaminūdas: picles: Medea: Vir-
tus: Theseus. Imago atticæ plebis: bouū immolatio. Sūt quibus & Mechopanes euidē pausia discipul⁹
placeat diligentia. quā intelligant soli artifices. Alias durus in coloribus sed & multus. Nā Socrates
iure oibus placet. Talesq; sunt eius picturæ. Cū Aesculapio filia Hygia Aelege: panacea iaso: & piger
q̄ appellatur oenos spartō torquēs q̄ asellus arrodit. Hactenus indicatis in genere utroq; p̄ceribus:
non silebūt & primis p̄ximi. Aristoclidēs: q̄ pinxit aedē apollinis delphis. Anthiphilus puero ignē
conflante laudatur: ac pulchre alias domo splendentē: ipsiusq; pueri ore. Itē lanificio: in quo p̄pe-
rant omniū mulierū pensa: prolæmeo uenāte. Sed & nobilissimo satyro cū pelle p̄atherina: quē apo-
scopenōra appellat aristophō anchalo uulnerato ab apro cū socia doloris astipale. Numerosa æque
tabula: in qua sūt priamus: helena Credulitas: Vlyxes: Deiphob⁹: Dolus: androbis pinxit Seyllin an-
coras p̄sicæ classis præcidentē arte mō Danē miratibus eā prædonibus. Reginā Stratonicē: herculē
& Deianirā. Nobilissimas at q̄ sunt in porticibus Octaulæ operibus. Herculem ab octa monte Dori **tactū**
dos exusta mortalitate cōsensu deorū in cælū euntem. Laumedontis circa herculē & neptūnū histo-
riam: alcimachus Dioxippū: qui pancratio olympiæ citra pulueris iactū: q̄ uocat aconiti: uicit Cone-
ti nemea. Ctesilochus appellis discipul⁹ petulanti pictura inotuit ioue liberū parturiente depicto mi-
trato & muliebriter ingemiscente inter obstetrices & deorū clamorē. Ctesidemus oecaliæ expugna-
tione & Laodamia. Ctesides reginæ Stratonices iniuria: nullo. n. honore exceptus ab ea: pinxit uolu-
pratē cū piscatore: quē reginā amare sermo erat. Eaq; tabulā in portu ephesi p̄posuit: ipse uelis rapi⁹
est. Regina tolli uetuit: utriusq; similitudine mire expressa Cratinus comædus athenis in p̄pio pin-
xit. Eurchides bigā regis cū uictoria. Eudorus scaena spectatur. Idē & ex ære signa fecit. Iphis neptū-
no & Victoria. habrō amicitia & cōcordiā pinxit: & deorū simulachra Leontiscus aratū uictorem cū
tropheo psaltria Leon Sapho. Niceracus uenerē inter Gratias & cupidinem. herculem tristem in sa-
ulæ p̄nitentia. Nealces Venerē soleris in arte ingenioso opi suppinxit. Siquidē cū præliū nauale

Gynæ-
conitin
uetus
lectio.

tactū

Sollers
hic ar-
te inge-
niose
opi sup-
pinxito